

(1171—) 1179 Januar 13. Alexander III. bestätigt dem Domcapitel von Aosta den Erlass Bischof Arnulfs von Aosta, demzufolge der Propst ohne Zustimmung des Capitels weder Güter vergaben noch Bedienstete anstellen darf. — 'Pervenit ad nos. — Dat Tusculani, Id. Ian.' Nach der allgemeinen Sachlage ziemlich sicher 1179 Januar 13. — Abschrift des 18. Jh. im Capitelarchive zu Aosta.

Papst Eugen III. bestätigt dem Abte Richard von Springirsbach und den übrigen Aebten derselben Gesellschaft ihre Einrichtungen und verleiht deren Genossenschaft Regeln.

1147 Mai 18.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Richardo, abbati de Sprinchiresbach, ceterisque abbatibus eiusdem ordinis et societatis canonice substituendis, in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est, facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter quoniam per operationem sancti spiritus in ecclesiis vestris fervor canonici ordinis acceptabiliter custoditur, placuit nobis, consuetudines bonas, quas deo inspirante iam rationabili providentia inter vos ordinastis sive in posterum ordinabitis, privilegii nostri auctoritate firmare, ut eas nulli liceat temere perturbare aut infringere, et ut omnes ecclesie, que a vobis institute sunt, aut in posterum secundum ordinem et consuetudinem vestram instituende, sive que earundem consuetudinum servandarum vobiscum societatem inierint, unanimiter secundum vestrum tenorem^a et consuetudinem vivant, et ut his, que a vobis communiter observantur, nulli liceat, aut demere quicquam, aut addere, aut immutare, nisi communi consensu et diffinitione. Ut autem inviolabiliter hec a vobis conservari queant, statuimus, ut omnium ecclesiarum, que sunt vestre societatis prelati, ubi vobis oportuno visum fuerit, semel^b in anno in unum ad capitulum conveniant, quatinus ibi pari consensu, que corrigenda de ordine emerserint^c, corrigantur et que supplenda vel adicienda addantur et cetera ad utilitatem et honestatem communem pertinentia. Si quis vero abbatum vestrorum illic vel de persona sua vel de ordinis sui transgressionem^d notatus vel ac(c)usatus fuerit, humiliter reatum suum confiteatur et postulata venia secundum iudicium

a) Es steht 'tenerem'. b) Es stand 'sesemel', das erste 'se' wegradiert. c) Es steht 'emerserint de ordine', durch zwei Striche vor dem ersten 'e' und über 'de' die Wortversetzung angedeutet. d) transgressionem.